a; clamores & sortium dies & omnia que libri huius q
catur ester historia continentur. Rex uero asuerus
omnem terram & cunctas maris insulas fecit tributarias.
10 Cuius fortitudo & imperium & dignitas atque sublimitas
qua exaltauit mardocheum scripta sunt in libris medorum
atque persarum. Et quomodo mardocheus iudaici generis
secundus a rege asuero fuerit & magnus apud iudeos & ac
ceptabilis plebi fratrum suorum. Querens bona populo suo
& loquens ea que ad pacem seminis sui pertinerent.
Que habantur in hebreo plena fide expressi; Hec autem
que sequuntur scripta repperi in editione uulgata
que grecorum lingua & litteris continetur & interim post finem
libri hoc capitulum ferebatur. quod iuxta consuetudinem
nostram obelo ueru praenotauimus.
Dixitque mardocheus a deo facta sunt ista; Recordatus sum
somnii quod uideram hec eadem significantis nec eorum quicquam
irritum fuit. Paruus fons qui creuit in fluuium & in lucem
solemque conuersus est & in aquas plurimas redundauit.
Esther est quam rex accepit uxorem & uoluit esse reginam.
Duo autem dracones ego sum & aman. Gentesque conuene
runt isti sunt qui delere nomen conati sunt
iudeorum. Gens autem mea israel est que clamauit ad dominum & saluum
fecit dominus populum suum liberauitque nos de omnibus malis.
Et fecit signa magna atque portenta inter gentes & duas sor
tes esse praecepit unam populo dei & alteram cunctarum

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, , Est 9,24-10,10 – Biblia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-knqo/3865/41162)